

SECUNDI PARALI.

Exquisierint faciem meam, & reuersi fuerint a viis suis malis: ego exaudiam de celo, & parcam peccato eorum & sanabo terram eorum. Et nunc oculi mei erunt aperti & aures meae atténdentes, ad orationem loci huius. Et nunc elegi & sanctificavi domum hanc ut sit nomen meum ibi usque in seculum: eruntque oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me sicut ambulauit David pater tuus, & faciendo iuxta omnia que precepi tibi: & statuta mea & iudicia mea seruaueris. Firmabo solium regni tui: sicut pollicitus sum Davidi patri tuo dicendo, non succidetur nisi vir dominans in Israel. Si autem auersi fueritis, & derelinqueritis statuta mea & precepta mea qua proposui vobis: & abiuris & serueritis diis alienis, & adoraueritis eos. Euellam eos de terra mea quam dedi eis: & domum hanc quam sanctificavi nomini meo proieciam a facie mea, & dabo eam in parabolam & in exemplum in omnibus populis. Et domus ista erit in proverbiis omnibus transiuntibus. Hebraicè habetur. Et domus ista qua fuit excelsa, omnis transcuti iuxta eam erit in stuporem. Sententia clara est, reliqua exposta sunt in dicto nono capitulo. & dico, quare fecit dominus sic terra huic & domui huic? Et dicent: eo quod dereliquerunt dominum deum patrum suorum qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos & seruerunt eis, ideo adduxit super eos omne malum hoc.

CAPUT

VIII.

Bxpletus autem viginti annis postquam edificauit Salomon domum domini. Hebraicè habetur. Et fuit a fine viginti annorum quibus edificauit Salomo domum Lebouah & domum suam. septem squidem annis edificauit domum Dei & tredecim domum suam: ut patet in libro regum. Ciuitates quas dederat Chiram Salomoni, edificauit Salomo: & habitare fecit ibi filios Israel. Tertii regum nono scribitur oppositum: videlicet quod Salomon dedit regi Tyri ciuitates viginti. Solutio est quod hic explicatur id quod implicitè ibi scribitur: videlicet restitutio ciuitatum, nam ibidem dicitur quod Hiram rex Tyri despexit ciuitates illas: hic autem explicatur quod dedit eas Salomoni: & propterea Salomon edificauit eas, & habita in ibi fecit filios Israel. ut hinc etià perpendamus ciuitates illas merito displicuisse regi Tyri, utpote male edificatas. Quid autem rependerit Salomon regi Tyri loco harum ciuitatum, non est scriptum: sicut nec est scriptum an rex Tyri dederit Salomoni ciuitates illas omnes

CAPUT VIII.

351

Omnes an quasdam. Et forte Salomon edificauit illas ut rex Tyri acciperet illas: in cuius signum scribitur hic significanter quod fecit habitare ibi filios Israel. ex eo nāque quod de istis ciuitatibus specialiter dicitur & fecit habitare ibi filios Israel, insinuari videtur quod ciuitates istae dissimiles erant aliis: utpote agnoscentes regem Tyri, pro domino & cū hoc habitatores erant filii Israel, iubente sic Salomone. Iuit quoque Selomo in Chamath Zobe: & obtinuit eam. Hebraicè habetur. et roborauit super eam. Quod autem robur adiecerit in regione Chamath, subiungitur manifestando ciuitates ibidem edificatas. adiunctaque Thadmor in deserto: & alias ciuitates munitiones. Hebraicè habetur. & omnes ciuitates thesaurorum, rerum scilicet spectantia ad victum & ad bellum, quas edificauit in Chamath. Aedificauitq; Beth'choron superiorem & Beth'choron inferiorem, ciuitates munitas muris, ostiis & reforis. Et Basalath & omnes ciuitates thesaurorum qui fuerunt Selomoni, & omnes ciuitates curvum & ciuitates equitum: & quicquid desiderauit Selomo edificare in Ierusalaim & in Lebanon & in tota terra ditionis sua.

Totum populum qui remanerat de Chittaiis & Emoreis & Peixiis & Chinaiis & Iebusiis qui non erant de filiis Israel. De filiis eorum qui remanerant post eos in terra quos non deleuerant filii Israel: fecit Selomo tributariorum usque ad diem hanc. De filiis autem Israel non posuit Selomo in seruos ad opus suum: ipsi enim erant viri bellatores, & principes potentium eius & principes currum & equum eius. Omnes autem principes exercitus regis Salomoni, fuerunt ducenti quinquaginta, qui ericiebant populum. Iuxta Hebraicum habetur. Et isti principes prefectorum qui regi Salomoni quinginta & ducenti: dominantes in populo. In capitulo nono tertij regum scribitur quod principes prefectorum erāt quinquaginta & quingenti. Solutio est quod ibi est sermo de principibus prefectorum populo operario, ut clare ibidem dicitur: hic autem est sermo de principibus prefectorum populi, ut textus ipse manifestat. Filiam vero Par'honis transluxit Salomo de ciuitate David in domum quam edificauerat ei: dixit enim nō habitat uxor mea in domo David regis Israel, quia sancta est, eo quod ingressa est in eam arca domini. hoc est quia ad districtum eius ingressa est arca Dei.

Tunc obulit Selomo holocausta domino, super altare domini quod edificauerat ante porticum. Et in re quotidiana ad offrendum

SECUNDI PARALI.

Tendum iuxta preceptum Mosis in sabbatis & calendis & in festis diebus ter in anno: in solennitate azymorum et in solennitate hebdomadarum & in solennitate tabernaculorum. hoc est offerenda donavit holocausta tam per singulos dies quam in sabbatis, calendis & festis diebus: regio enim sumptu voluit hæc sacrificia fieri. Et constituit iuxta dispositionem David patri sui divisiones sacerdotum in ministerio suo, & Leuitas in custodia sua ad lundandum & ministrandum coram sacerdotibus ad rem quotidianam, & ianitores in divisionibus suis ad portam & portam: quia sic erat preceptum David viri Dei. Nomen est Elohim. Vbi nota commendari Daudem, excellenti nomine appellatum vir Elohim. Et non declinaverunt à mandato regis sacerdotes & Leuita in omni re & in thesauris. Hic est punctus. executio siquidem distinctionum sacerdotum, Leuitarum, ianitorum & thesaurariorum iuxta dispositionem Davidis hic finitur. Omnes impensas preparatas habuit Salomon. Hebraicè habetur. Et directum est totum opus Salomonis, à die quo fundauit domum domini usque in diem quo perfecit eam. Restè actum, vniuersum Salomonis opus à principio ædificationis templi usque ad finem significatur.

Tunc iuit Salomo. Perfecto templo personaliter iuit Salomon. in Hermon heber et in Eloth ad orā maris rubri. Superfluit rubri. in terra Edom. Misitq; ei Churam permanum seruorum suorum naues & scruos gnatos maris. Salomon siquidem fecit propriam classem in illo mari: rex autem Tyri misit naues suas ad seruendum Salomoni simul cum propriis nauibus Salomonis. et iuerunt cum seruis Salomonis in Ophir. Regio Indi dicitur. Reliqua vide exposita. 3. reg. nono, aduertendo duo. Alterum quod quia navigatio in Ophir per mare Oceanū erat, ideo Salomon ad euitandam nauigationem per mare mediterraneum usque ad Oceanum, perrexit ad oram maris rubri (quod est quidem sinus maris Oceani) & ibi construxit classem: ad hoc enim illuc iuit. Alterum quod rex Tyri naues quas misit, nō nisi per mediterraneum mare mittere ex Tyrto potuit ad coniungendum illas cum nauibus Salomonis. & tulerunt inde quadringenta & quinquaginta talēta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAPVT IX.

Regina autem Seba audierit famam Salomonis, & venit ad tentandum Salomonem in enigmatis in Ierusalaim cum ma-

gnis

CAPVT IX.

398

gnis epibus. Hebraicè habetur. in exercitu gravi valde armata enim (vt par erat) regina venit. & camelus qui portabant aromata. Hebraicè habetur. & camelus oneratus aromatibus, quod plus est quam portare aromata. & auro in multitudine & lapidis preciosissimis: venitq; ad regem Salomonem, & locuta est ei quicquid erat in corde eius. Et indicauit ei Salomo omnia verba eius: neque fuit verbum latens regem quod non indicauerit ei. Videlique regina Seba sapientiam Salomonis: & domum quam adiscauerat. Et cibos mensa eius, & habitacula seruorum eius, & assistentiam ministrorum eius, & vestimenta eorum, & pincernas eius, & holocausta eius qua offerebat in domo domini. Aduerte prudens lector æquuocam esse literam hanc, propterea quod Hebraicè nominatur ascensus: & incertum est an significetur via qua ascendebat rex ad templū, an significetur sacrificium quod offerebat rex: eo quod scriptura ascendendi vocabulo sepe vitetur pro oblatione victimæ super altare. Scribitur itaq; Hebraicè. & ascensum eius quem ascendet dominus Iehovah. Construe & intellige ut vis. & non erat ultra in ea spiritus. Dixitq; ad regem: uerus est sermo quem audiui in terra mea de virtutibus. Hebraicè habetur. super verbis tuis. Si tamen legeris super rebus tuis, nullus erit error. & super sapientia tua. Et non credidi verbis eoru donec veni & viderunt oculi mei: & ecce non fuit indicatum mihi dimidium multiplicis sapientiae tuae, addidisti super famam quam audiui. Beati viri tui & beati serui tui isti: stantes coram te semper & audiientes sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus, cui complacuit in te ad ponendum te super solium tuum in regem domini Dei tui. Legendum esset. Iehouah Elohe tuo, in calu datiuo: hoc est ad gloriam domini Dei tui. eo quod diligit Deus tuus Israelem ad faciendum stare eum in seculum, idcirco posuit te super eum regem ad faciendum iudicium & iustitiam. Deditque regi centum & viginti talenta auri & aromata multa valde & lapides preciosissimi: & non fuit sicut aroma illud quod dedit regina Seba regi Salomoni.

Et etiam serui Churam & serui Salomonis qui attulerunt aurum de Ophir: attulerunt ligna thina & lapides preciosos. Fecitque rex de lignis thini gradus domus domini & domus regis. Hebraicè habetur dictio quædam significans nescio quid quod calcatur, non enim eadem dictio scribitur hic & 3. reg. 10. quo circa nescio diuinare quid factum ex istis lignis significetur hic.

& cibas

SECUNDI PARAL.

& citharas & psalteria cantoribus: & non sunt visa sicut ipsa prius in terra Ichude. Rex autem Selomo dedit reginae Seba omnia quae voluit & postulauit, & multo plura quam attulerat ad eum. Hebraicē habetur. à sine quod fecit venire ad regem. Et quia absurdus est sensus ut significetur præter id quod regina dederat regi (quoniam significaretur regem restituisse reginæ quod illa dederat) ideo idem intelligendum est significari hic quod scriptum est tertio reg. 10. vt sit sensus, præter id quod Salomon sua sponte fecit venire ut decebat regem. reuersaque est & abiit in terram suam cum servis suis.

Erat autem pondus auri quod obueniebat Selomoni per singulos annos, sexenta & sexaginta sex talenta auri. Excepta ea summa quam legati diuersarum gentium & negotiatores afferre coeuerant. Hebraicē habetur. Preter viros negotiatores & mercatores facientes venire. Hæc exposita vide tertio reg. 10. omnesque reges Harabie & satrapæ terrarum. Hebraicē habetur. omnesque reges Harab & duces terræ, adducentes aurum & argentum Selomoni. Sed nihil refert. Sed ratio qua tam viri excellentes in mercatura (qui hinc appellantur negotiatores) quam alii mercatores aurum asserebant Selomoni clara est: videlicet mercatura. Ratio vero qua reges Harabū & duces terræ auri Salomoni faciebant venire (vt Hebraica litera sonat) non est manifesta, si notabile quid erat. quod dico propter munera auctorum vasorum, quæ paruipendenda censeo. Fecitq; rex Selomo ducentas hastas aureas. Hebraicē habetur. ducenta scuta auri extensi. Et immediatè sequitur. sexcentum auri extensi ascendit super scutum unum. Puto sexcentos sculos extensi (hoc est duobus) auri significari in quolibet scuto. Trecenta quoque scuta aurea. Hebraicē habetur. Et trecentos clypeos auri extensi. Et immediatè sequitur. trecentum auri ascendet super clypum unum. quod expone ut antecedens. posuitq; ea in armamentario quod erat constitutum nemore. Hebraicē habetur. in domo saltus Lebanon, cuius opificium diffusè scriptum est in libro regum.

Fecit quoque rex solium eburneum grande: & vestiuit illud auro mundo. Sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium & scaurus aurei. Hebraicē habetur. Et sex gradus sedi & pōtem in auro sedi contignantes. In 3. reg. descriptū est hoc solū nulla facta mentione istius pontis, qui ad sustentādum gradus cōstructus est: & propterea officiū eius describit cōtignare. tigni. n. eius cōtignationem graduum faciebant. Nec dicitur q; pons esset aureus,

CAPUT IX.

393

autēns, sed in auro. ex eo enim quod vniuersa spectantia ad hoc solū erant eburnea, deaurata tamen, ita intelligendū est de ponte quod fuerit eburneus & deauratus. Reliqua intellige ge ut in tertio Reg. & manus hinc & hinc super locū sessionis: & due leona statuēs iuxta manus. Et duodecim liones stantes ibi super sex gradus hinc & hinc non est factum tale opus in omnibus regnū. Omniaq; vasa consuēta. Hebraicē habetur. Et omnia vasa potius, quod minus est quam vasa cōuinij. regis Selomonis erant aurea, & omnia vasa domus saltus Lebanon ex auro puro: nō reputabatur argentum in diebus Selomonis quicquam. Naves enim regis ibant in Tharsis cum seruis Chiram: semel in tribus annis veniebant naves Tharsis portantes aurum & argentum, ebū. Hebraicē habetur. elephantes, animalia enim ipsa significantur quemadmodum simia & panones, & simias & panos.

Magnificatioque est rex Selomo p̄r omnibus regib; terra in diuinitate & gloria. Hebraicē habetur. & sapientia. De qua subditur. Et omnes reges terræ querebant faciem Selomonis ad audiendum sapientiam eius quam dederat Deus in corde eius. & est nomen Elohim. Et portabant unusquisque munus suum, vasa argentea, & vasa aurea, & vestes, arma & atomata, equos & millos: per singulos annos. Hebraicē habetur. rem diei in die sua. hoc est vnumquodque tempore congruo. Habuit quoque Selomo quadraginta millia equorum in stabulis & curruis. Hebraicē habetur. quatuor millia p̄cepia equorum & curruis. Quantus autem esset numerus eorum pro curribus, non est hic scriptum. & duodecim millia equitum: posuitque eos in ciuitatibus curruis & cum rege in Ierusalaim. Et fuit dominans omnibus regibus, à summine vīque ad terram Pelishim & usque ad terminum Aegypti. Et præbuit rex argentum in Ierusalaim sicut lapides: & cedros præbuit sicut sycomorus quæ nascentur in campis tribus in multitudo. Educebantque equos ex Aegypto Selomoni, & de omnibus terris.

Reliqua autem verborum Selomonis priorum & posteriorū, nonne ipsa scripta sunt in libro Nathan prophetae, & in prophetia Achiae Silonitis & in visionibus Ich' do videntiū cōtra Iacobham filium Nebat? Vide quo libri citantur hic prophetarum quibus caremus. reliqua exposita vide 3. Reg. 10. Regnauitque Selomo in Ierusalaim super totum Israhel quadraginta annis. Dormiuitq; Selomo cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate David patris sui: & regnauit Rechabam filius eius pro eo.

Ddd

C A P.

SECUNDI PARALI

CAPVT X.

Ruit autem Rechabham in Sechem; quia in Sechem cōnūerat totus Israēl ut cōstitueret eum regm. Quod cām audisset. Hebraicē habetur. Et fuit quando audiuit mortem proculdubio Salomonis. Iarobham filius Nebat (qui erat in Aegypto & fugerat à facie Selomonis regi) reuenerit de Aegypto. Miséruntque & vocauerunt eum: & venit Iarobham & totus Israēl. & locuti sunt ad Rechabham dicendo. Pater tuus ag grauauit iugum nostrum: nunc igitur alleluia de seruitute patris tui dura & de iugo eius graui quod posuit super nos, & seruimus tibi. Et dixit ei, ite usque in diem tertium & reuertimini ad me: & abiit populus. Historia hæc scripta & exposita est 3. reg. 12. & propterea pertransibimus: quoniam sententia est eadem: & non nisi verba quædam corrigenda essent ad reducendum lit:ram ad hebreicam veritatem, sed materia non exigit.

Consuluit autem rex Rechabham sevæ qui steterant coram Selomone faire eius cuen viuere dicendo: quomodo vos consulitis reddendum esse populo huic verbum? Qui dixerunt ei: si fueris bonus populo huic & complacueris ei: & locutus fueris ad eos verba bona, erunt tibi serui omnibus diebus. Reliquique consilium sénatum quod consuluerant ei: & consuluit pueros, qui creuerant cum eo & assistebant ei. Et dixit ad eos: quid vos consulitis, & reddemus verbum populo huic, qui locutus est ad me dicendo, alleluia iugum quod posuit pater tuus super nos? Et locuti sunt ad eum pueri qui creuerant cum eo dicendo: sic dices populo qui locutus est ad te dicendo pater tuus ag grauauit iugum nostrum & tu alleluia nos: sic dices ad eos, pater tuus dixit meus maior est lumbis patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue & ego addam iugo vestro: pater meus castigauit vos flagellis, ego autem castigabo vos scorpionibus.

Venitque Iarobham & totus populus ad Rechabham die tertio: sicut locutus fuerat rex dicendo, reuertimini ad me die tertio. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum. Et locutus est ad eos iuxta consilium puerorum dicendo: pater meus ag grauauit iugum vestrum & ego addam super illud pater meus castigauit vos flagellis & ego castigabo vos scorpionibus. Et non acqueruit rex populus: quia fuit gyratio à Deo, ut firmaret dominus verbum suum quod locutus fuerat in manu Ach'iah Siloniis ad Iarobham filium Nebat. Totisque Israēl vidit quod non exaudisset se rex: & respondit populus ad regem dicendo, que nobis pars in David & non hereditas in filio Iisai, vnuquisque in tentoria tua Israēl, nunc pascē domum

CAPVT XI.

394

domum tuam David: & abiit totus Israēl in tentoria sua. Super si-
los autem Israēl habitantes in ciuitatibus Iehude regnauit Re-
chabham.

Misiūq rex Rechabham Hadoram qui erat super tributum, &
lapidauerunt eum filii Israēl lapidibus & mortuus est: porro rex Re-
chabham festinus ascendit currum, ad fugiendum in Ierusalaim: Es
rebellauit Israēl contra domum David usque ad diem hanc. Fa-
ctum est autem cum audisset omnis Israēl quod reuersus esset Iaroba-
ham, miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt
eum regem super omnem Israēl: nec secutus est quispiam domum Da-
vid, præter tribum Iude solum. Superfluit tota hæc vltima clau-
sula, incipiens factum est autem &c, usque ad finem capituli:
hæc enim non habentur in hebreo.

CAPVT XI.

Rexit autem Rechabham in Ierusalaim, & congregauit
domum Iehude & Bin'iamin, centum & octoginta mil-
lia electorum facientium bellum: ad pugnandum cum
Israēl ad reducendum regnum ad Rechabham. Factus
que est sermo domini ad Sennach'ahu virum Dei dicendo. Nomen
est Elohim. Dic ad Rechabbā filium Selomonis regem Iehude, &
ad totum Israēl in Iehude & in Bin'iamin dicendo. Sic dixit domi-
nus: non ascendetis neque pugnabitis contra fratres vestros, reuertimini
in vnuquisque in domum suam, quia à me facta est resista: audi-
runtque verba domini, & reuersi sunt ab eundo contra Iarobham.

Habuitaque Rechabham in Ierusalaim: & adiaceuit ciuita-
tes muratas. Hebraicē habetur ciuitates munitas, fortitudine, in
Iehude. Et adiaceuit Beil'lechim & Hetā & Thcoah. & Besh'
zur, & Socho, & Hadullam. Et Ghath, & Maresam, & Ziph. &
Adoraim, & Lachis, & Hazecam. Et Zor'ham, & A'idalon, &
Cheb'ron que in Iehude & in Bin'iamin: ciuitates arcium. Cumq
clausisset eas muri. Hebraicē habetur & roborauit arcis: & po-
suit in eis duces, & thesauros cibi, & olei, & vini. Et in singulis ci-
uitatibus scuta & hastas. Dicitio tamen interpretata arcis, non
propriè significat arcis, sed munitionem seu fortitudinem loci
ex naturali situ vel arte. huiusmodi enim loca roborauit tum
principibus, tum alimentorum thesauris, tum armis firmatisq; eas
summa diligētia. Hebraicē habetur & roborauit eas faciendo mul-
tiplicare valde. huiusmodi res opportunas. & regnauit super
Iehudā & Bin'iamin. Sacerdotes autem & Leuita qui erat in toto
Israēl: venerant ad eum de cunctis terminis suis. Reliquerunt enim

Ddd q

Leuita

SECVNDI PARAL.

Leuita subebara & possessiones suas, & ierunt in Iehudam & in Ierusalaim: quia abiecit eos Iarobham & filii eius à fungendo sacerdotio domini. Et constituit sibi sacerdotes ex celorum & demoniorum & vitulorum quos fecerat. Et post eos de omnibus tribubus Irael, dantes eis suum ad querendum dominū Deū Israel: ierunt in Ierusalaim ad immolandum domino Deo patrum suorum. Roboraverintque regnum Iehude, & confirmaverunt Rechabham filium Selomonis per tres annos: ambulauerunt enim in via Davidis & Selomonis amis tantum tribus. Superfluit tantum.

Duxit autem Rechabham uxorem Machalath filiā Ierimoth filiū Dauidi: & Abichail filiam Eliab filiū Iisai. Peperitq; ei filios: Iehus & Semiam & Saham. Et post eā accepit Mahachā filiam Absalon. Ne intelligas Absalon filiū Dauidis: tū quoniam illius filia nō poterat esse puer apta nuptiis: cū forte ante annos quinquaginta mortuus fuerit absalon ille. tum quia nomen istius differt ab illius nomine q; in 3. reg. cap. 1. 9 dictum est. qua peperit ei Abi'iam & Hatthai & Zizam & Selomith. Amanit autem Rechabham Mahacham filiam Absalon sua per omnes vxores & concubinas suas, quia uxores decem & octo duxerat & concubinas sexaginta: & genuit vigintiō filios & sexaginta filias.

Constituit autem in caput Rechabham Abi'iam filiū Mahachā, in decem inter fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat. Hebraicē habetur, ut facaret regnare ipsum. inchoauit enim regnū Abia filiū, præferendo ipsum reliquis filiis. Quia sapiētor fuit & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iude & Ben'iamin, & in omnibus ciuitatibus muratis. Hebraicē habetur. Et intellexit & crevit plus omnibus filiis eius in cunctis terris Iude & Ben'iamin in cunctis ciuitatibus munitis. De Abia est sermo, & narratur progressus eius viuente patre: videlicet quod pollebat intelligentia, & vsus illa crevit valde plusquam reliqui filii patris sui, crevit autē universaliter in omnibus terris Iude & Ben'iamin, & specialiter in ciuitatibus munitis in quibus cōsistebat neruus regni. præbuitq; ei eas plurimas: & petiuit turbā vxori. Duo officia prudētia quibus crevit Abias explicātur: alterū quod abundantia annonā ciuitatibus præbuit: alterū quod multas petiuit uxores, ut multos cōiungret sibi affinitatis vinculo. sic enim paravit sibi viam succedendi in regno, fauente ei patre. reliqua exposita vide in tertio Regum cap. 12.

C A P.

CAPVT XII.

395

Vm̄q; roboratum fuisset regnum Rechabham & cōfōratum, dereliquit legem domini: & omnis Israel cum eo. Vide quantam vim habet peccatum principis. An no autem quinto regni Rechabham ascendit Sisac rex Aegypti contra Ierusalaim (quia peccauerant domino. Veram vexationis causam reddit scripture.) Cum mille & ducentis curribus & sexaginta millibus equitū: & nō erat numerus populi venerat cū eo de Aegypto, Lubim Succib'īm & Chusim, Cepitq; ciuitates munitas quae erāt in Iehuda: & venit usque ad Ierusalaim.

Et Semah'ia propheta venit ad Rechabham & ad principes Iehude qui cōgregati erāt in Ierusalaim à facie Sisac: dixitq; ad eos, sic dixit dominus, vos dereliquistis me, & etiam ego dereliqui vos in manu Sisac. Consternati que principes. Hebraicē habetur. Et furerunt humiliati principes Israel & rex: & dixerunt, iustus dominus. Fructuosa narratur monitio prophetæ. Cūque vidisset dominus quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semah'iam dicendo: humiliati sunt, nō disperdam eos, & dabo eis pauxillum auxiliū. Hebraicē habetur. sicut paulum euasionis, & non stillabit furor meus super Ierusalaim per manum Sisac. saluavit enim Ierusalem & templum, nec exercuit iustitiam suam super Ierusalem quam merebantur. Sed seruient ei. Hinc habetur quod tributarī effecti sunt regis Aegypti. & scient seruitutem meam & seruitutem regnorum terrarum. Recepit itaque Sisac rex Aegypti ab Ierusalem. Hebraicē habetur. Et ascendit Sisac rex Aegypti super Ierusalaim: & tulit thesauros domus domini & thesauros domus regis, omnia tulit. Non narratur recessus, sed aduentus regis Aegypti in Ierusalem. dederunt siquidem ciuitatem regi Aegypti sūb fōdere seruitutis tributarī cū thesauris publicis, tēpli videlicet & regis: vt contextus ipse testitur. & tulit clypeos aureos, quos fecerat Selomo. Ecceq; rex Rechabham pro eis clypeos aureos: & tradidit illos principibus scutariorum qui custodiebāt vestibulum palatiū. Hebraicē habetur. & constituit supermanum principum curſorū custodientium portā domus regis. Cūq; introiret rex domum domini: veniebār curſores & portabāt eos, & refreberāt eos ad cameram curſorum. sic enim vocabantor isti ministri, eo quod discurrebāt iussi ut opus erat. Et quia humiliati sunt auersus est ab eis furor domini, & non deleti sunt penitus: & etiam in Iehuda fuerunt bona opera. Duæ causæ redduntur diuinæ clementie. altera humilitas regis & principum ad verbum prophetæ: altera bonitas multorum operum in Iudea maluit si-

Ddd iii quidem

SECVNDI PARALL.

quidem Deus propter quædam bona opera clementer agere cum regno quam propter copiam malorum operum ut iustitia perdendo regnum.

Confortatusque est rex Rechabham in Ierusalaim & regnauit quadraginta enim & unius annorum erat Rechabham cum regnare cepit, & decem & septem annis regnauit in Ierusalaim ciuitate quam elegit dominus ut confirmaret. Hebraicè habetur. ut pueret nomen suum ibi de omnibus tribubus Israel. sed sententia est clara. & nomen matris eius, Nahama Hammonithis. Fecitque malum; & non preparauit. Hebraicè habetur. quia non direxit cor suum ad querendum dominum. Ideo fecit malum quia non direxit cor suum ad querendum quæ summi Dei sunt. Opera autem Rechabham priora & posteriora, nomine ipsa scripta sunt in verbis Semah'ie propheta & Hiddo videniis & diligenter exposita. Iuxta Hebreum habetur. recensendo genealogiam, & bella Rechabham & Iarobham omnibus diebus. Materia libri cui inserta sunt gesta Roboham narratur. & istis quoque libris prophetarū caremus. Dormiuitque Rechabham cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate David: & regnauit Abi'ia filius eius pro eo.

CAPVT XIII.

Anno decimo octavo regis Iarobham regnauit Abi'ia super Iehudam. Tribus annis regnauit in Ierusalaim, & nomen matris eius Micha'ahu filia Vriel de Ghibba. In cap. 11. mater Abi'ae dicitur filia Abisalom, hic autem filia Vriel. Forte binomius erat pater istius: vel alter naturalis, alter legalis pater fuit. & fuit bellum inter Abi'iam & Iarobham. Cumque inisset Abi'ia certamen & haberet bellicosissimos viros. Hebraicè habetur. Et ligauit Abi'ia bellum in exercitu potentium bellii. Coactio & ordinatio exercitus narratur. & quadraginta milium virorum electorum. Superfluit & appositiè enim explicatur numerus robustorum ad bellum. Et corrigitur est numerus: quoniam Hebraicè habetur numerus quadringtonitorum millium. & Iarobham disposuit cum eo pralium in octoginta milibus. Corrupta est litera: legendum esset iuxta hebreum. in octingentiis milibus virorum electorum potentium fortitudine. dupla enim narratur multitudo Ieroboham regis Israel.

Surrexitq; Abi'ia desuper in montem Zemaramim qui est in monte Eph'raim: & ait, audite me Iarobham & omnis Israel. Nonne restrum est scire quod dominus Deus Israel dedit regnum Davidi super

Israel

CAPVT XIII.

396

Israel in seculū, ei & filii eius in postulatis? Alias diximus ignoratum nobis esse unde firmitas paci cognominata sit pacium salis apud priscos: hoc enim ex Moze sumptum est. Et surrexit Iarobbasilius Nebat seruus Selomonis filii Davidis: & rebellans contra dominum suum: Congregati sunt ad eum viri vanissimi. Hebraicè habetur. viri vacui, quales sunt qui ocio deliciantur. filii Bel'iahah, & prævaluerunt super Rechabham filium Selomonis: porro Rechabham erat rudis & corde paucilo, nec potuit resistereis. Hebraicè habetur. & Rechabham puer & tener corde, & non roborans se ante eos. Appellatur Roboham puer non ætate (quoniam quadragesimum transierat annum cum regnare cœpisset) sed ingenio, ut testatur responsio quam dedit populo quæ fuit causa scissionis regni. Animo quoque puer describitur narrando tenerum cor illius: immo muliebris per hoc describitur animus. Nunc ergo vos dicitis quod d resistere possitis regno domini quod possidet per filios danidis. Hebraicè habetur. Et nesciis nos dicentes roboratos esse coram regno Iehovah in manu filiorum Davidis. Non contra se sed contra regnum Dei rex Abia iactare Israelem robur suum manifestat: & propterea conditiones contrarias regno Dei in Israëlitis, præceptas autem diuina lege, in Iuda subiungit. et siq; turba multa, & vobiscum sunt vitali auric quos facit vobis Iarobham indeos. Nonne elecisti sacerdotes domini filios Aharō & Leuitas, & fecisti vobis sacerdotes sicut populi terrarum: quicunque venerit & initauerit manum suam in tauri & in bovis. Hebraicè habetur. in tauri filio bouis. ad differentiam tauri bubalini. & arietibus septem, erit sacerdos non diis. Narratur quod apud eos sufficiebat ad sacerdotium vngere manum sanguine tauri & septem arietum, quemadmodum sacerdotes gentilium consecrabatur. Noster autem dominus deus est. Patui refert quod Hebraicè habetur. Et nos, Iehovah Elohe noster. ut sit pūlius post pronomen nos. & è regione Israëlitarum dicit & nos: statimque incipit subiungere quod præcipuum erat, videlicet summus Deus est gubernator noster. & non dereliquimus eū: sacerdotésque ministrant domino filii Aharō & Leuite in opere. Et sufficiunt domino holocausta per singulos dies mane & vesperi & thymianam aromatum, & proponit panis in mensa munda ēque candelabrum aureum & lucerna eius ut accendatur semper ad uesperā. Hebraicè habetur ad ardendum in vespera in vespera. Nec per hoc

Ddd iii excluditur

SECUNDI PARALL.

excluditur quin arderent etiam tota die, sed praeipui termini tanguntur: videlicet quod hora vespertina integra opera adhibebatur lucernis, mane autem visitabantur ad continuandum lumen usque ad vesperam, in qua iterum parabantur lucernæ, nos quippe custodimus præcepta domini Dei nostri. Hebraicè habetur, quia nos custodiens custodiam Iehouah Elohe nostri, & vos reliquias cum. Gloriantur (in Deo tamen) quod seruant custodias præceptas in templo, & illi econuerso reliquerunt. Ergo in exercitu nostro dux Deus est. Hebraicè habetur, Et ecce nobiscum in caput Elohim, qui verè est Elohim, & sacerdotes eius & tuba clangoris ad clangendum contra vos; filii Israel non pugnetis cum domino Deo patrum vestrorum, quia non expedit vobis. Hebraicè habetur, quia non proficietis, in bello aduersus Elohim caput nostrum.

Hæc illo loquente, Interpres addidit hæc verba: nam hebraicè habetur. Et Iarobham granit infidias ad veniendum post tergum eorum. Deinde immediate subditur distinctio exercitus Ierobham, & fuerunt coram Iehuda, & infidia post eos. in istas enim duas partes distinctus erat exercitus Israel: alteram in facie, alteram in tergo Iudæ. Respiciensque Iudas. Hebraicè habetur, Et verterunt se Iehuda. Verterunt autem facies speculando eos qui erant à tergo, & ecce eis bellum ante & retro, & clamauerunt ad dominum: & sacerdotes clangebant tubis. Virique Iehuda vociferati sunt: & illis vociferantibus perterritus Deus. Hebraicè habetur. Elohim mortificavit Iarobham & omnem Israelitatem coram Abi'ia & Iehuda, animos & corpora Israelis supremus gubernator & Iudeus debilitate affecit, ut cederent à Iuda. Fugeruntq; filii Israel à facie Iehuda: & tradidit eos Deus in manum eorum. Nomen est Elohim. Percusseruntq; eos Abi'ia & populus eius plaga magna: & cornerunt vulnerata ex Israel quinquaginta millia virorum fortium. Hebraicè habetur, & ceciderunt interfelli ex Israel quingenta millia virorum electorum. Maxima clades fuit: & excessius numerus visus est iis qui scripserunt quinquaginta millia. Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo: & confortati sunt filii Iehuda, eo quod sperassent in domino Deo patrum suorum. Persecutus est autem Abi'ia Iarobham, & cepit ab eo cinitates: Beth'el & filias eius, Iesanan & filias eius, Hepheron & filias eius. Et non valuit fortitudo Iarobham ultra in diebus Abi'abu: percussitq; eum dominus & mortuus est.

Igitur Abi'ia confortato imperio suo, accepit uxores quatuordecim.

CAPUT XIII.

397

sim. Hebraicè habetur. Et roborauit se Abi'ia, & accepit sibi uxores quatuordecim: genuitq; vigintiduos filios & sedecim filias. Non narratur quod post roborum imperium accepit uxores quatuordecim & genuerit tot filios: sed narratur & robur regni & multitudo uxorum & generatio tot filiorum. Reliquum autem verborum Abi'ia & viarum eius & operum eius, scriptum est in expositione propheta Hiddo. Dormiuitq; Abi'ia cù patribus suis & sepelierunt eum in cunctate David, & regnauit Asa filius eius pro eo: in cunctis diebus quietus terra decem annis.

CAPUT XIV.

Ecit autem Asa quod bonum & placitum erat. Hebraicè habetur. bonū & rectum in oculis domini Dei sui, Et rectum quidem refertur ad iustitiam: bonum autem ad viile diuino cultui. Remouitque altaria peregrini cultus & excelsa, idolorū, nam excelsa in quibus immolabatur vero Deo non abstulit: vt in calce sequentis capituli dicitur, & confudit statuas, & succidit lucos. Et præcepit Iehuda vt quereret dominum Deum patrum suorum, & vt facaret legem & mandatum. Et remouit de cunctis ciuitatibus Iehuda aras & phana. Hebraicè habetur, excelsa & simulachra. Ita q; non solum ex Ierusalem, sed etiam de cunctis urbibus Iudæ hæc abstulit. verum nō quæcunque simulachra, sed ea quibus venerabantur solem sonat dictio Hebraica. & quietus regnum ante eum. Aedificauit quoque ciuitates munitas in Iehuda: quia quietus erat & nulla temporibus eius bella surrexerant. Hebraicè habetur, quia quietus terra & nō cum eo bellum anni istis, videlicet prædictis decem, quia dominus requiescere fecit eum. Dixit autem Iehuda: aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris & turribus & ostiis & seris donec à bellū requiescere terra, quia quæsiuimus dominum deum nostrum, quæsiuimus & requiescere fecit nos per gyrum, aedificauimque & prosperati sunt.

Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scutum & hastam de Iehuda trecenta millia, & de Ben'iamin portantium clypeum & tendentium arcum ducenta & octoginta millia: omnes isti potentes fortitudine. Egressus est autem contra eos Zerach Ethiops cù exercitu mille millium & curribus trecentis: & venit usque ad Maresam. Egressusque est Asa contra eum: & dispositus prelium in valle Zephata iuxta Maresam. Clamauitque Asa ad dominum Deum suum, & ait: domine non est apud te uita distans: virum in paucis auxiliis an in pluribus luxta Hebraum habetur. Iehouah non tecum

SECUNDI PARALL.

excluditur quin ardenter etiam tota die, sed præcipui termini tanguntur: videlicet quod hora vespertina integra opera adhibebatur lucernis, mane autem visitabantur ad continuandum lumen usque ad vesperam, in qua iterum parabantur lucernæ, nos quippe custodimus præcepta domini Dei nostri. Hebraicè habetur, quia nos custodiens custodiam Ichouah Elohim nostri, & vos reliquias cum. Gloriatur (in Deo tamen) quod seruant custodias præceptas in templo, & illi econuerlo reliquerunt. Ergo in exercitu nostro dux Deus est. Hebraicè habetur, Et eccenobis sum in caput Elohim, qui verè est Elohim, & sacerdotes eius & tuba clangoris ad clangendum contra vos: filii Israel non pugnetis cum domino Deo patrum vestrorum, quia non expedit vobis. Hebraicè habetur, quia non proficiet, in bello aduersus Elohim caput nostrum.

Hæc illo loquente. Interpres addidit hæc verba; nam hebraicè habetur. Et Iarobham gressauit insidias ad veniendum post tergum eorum. Deinde immediate subditur distinctio exercitus Ierobham, & fuerunt coram Iehuda, & insidia post eos, in istas enim duas partes distinctus erat exercitus Israel: alteram in facie, alteram in tergo Iudæ. Respicensque Iudæ. Hebraicè habetur. Et reverterunt se Iehuda. Vetterunt autem facies speculatio deos qui erant à tergo, & ecce eis bellum ante & retro, & clamauerunt ad dominum: & sacerdotes clangebant tubis. Virique Iehuda vociferati sunt: & illis vociferantibus perterritus Deus. Hebraicè habetur. Elohim mortificavit Iarobham & omnem fractam coram Abi'ia & Iehuda. animos & corpora Israelis supremus gubernator & Iudex debilitate afficit, ut caderentur à Iuda. Fugeruntq; filii Israel à facie Iehuda: & tradidit eos Deus in manum eorum. Nomen est Elohim. Percusseruntq; eos Abi'ia & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quinquaginta millia virorum fortium. Hebraicè habetur, & cederunt interfici ex Israel quingenta millia virorum electorum. Maxima clades fuit: & excessiuus numerus visus est iis qui scripserunt quinquaginta millia. Humiliisque sunt filii Israel in tempore illo: & confortati sunt filii Iehuda, eo quod sperassent in domino Deo patrum suorum. Persecutus est autem Abi'ia Iarobham, & cepit ab eo cinitates Beth'el & filias eius, Iesanan & filias eius, Hepheron & filias eius. Et non valuit fortitudo Iarobham ultra in diebus Abi'sabu: percussi q; eum dominus & mortuus est.

Igitur Abia confortato imperio suo, accepit uxores quatuordecim.

CAPVT XIII.

397

sim. Hebraicè habetur. Et roborauit se Abi'ia, & accepit sibi uxores quatuordecim: genitumq; vigintiduos filios & sedecim filias. Non narratur quod post roboratum imperium accepit uxores quatuordecim & generit tot filios: sed narratur & robur regni & multitudo uxorum & generatio tot filiorum. Reliquum autem verborum Abi'ia & viarum eius & operum eius, scriptum est in expositione prophetæ Hiddo. Dormiuitq; Abi'ia cū patribus suis & sepelierunt eum in ciuitate David, & regnauit Asa filius eius pro eo: in cuius diebus quietuit terra decem annis.

CAPVT XIV.

Ecce autem Asa quod bonum & placitum erat. Hebraicè habetur. bonum & rectum in oculis domini Dei sui. Et rectum quidem refertur ad iustitiam: bonum autem ad utile diuino cultui. Remouitque altaria peregrini cultus & excelsa idolorum, nam excelsa in quibus immolabatur vero Deo non abstulit: ut in calce sequentis capituli dicatur. & configit statuas, & succidit lacos. Et precepit Iehude ut quereret dominum Deum patrum suorum, & ut faceret legem & mandatum. Et remouit de cunctis ciuitatibus Iehuda aras & phana. Hebraicè habetur, excelsa & simulachra. Ita q; non solum ex Ierusalem, sed etiam de cunctis urbibus Iudæ hæc abstulit. verum nō quacunque simulachra, sed ea quibus venerabantur solem sonat dictio Hebraica. & quietuit regnum ante eum. Aedificauit quoque ciuitates munitas in Iehuda: quia quietus erat & nulla temporibus eius bella surrexerant. Hebraicè habetur, quia quietuit terra & nō cum eo bellum anni ipsius. videlicet prædictis decem, quia dominus requiescere fecit eum. Dixit autem Iehude: aedificemus ciuitates istas, & vallemus murus & turribus & ostii & seru donec à bellis requiescet terra, quia quasi nūs domum deum nostrum, quasi nūs & requiescere fecit nos per gyrum; aedificauimque & prosperati sunt.

Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scutum & hastam de Iehuda trecenta millia, & de Bin'iamini portantium clypeum & tendentium arcu ducenta & octoginta millia: omnes isti potentes fortitudine. Egressus est autem contra eos Zerach Elbiops cū exercitu mille millium & curribus trecentis: & venit usque ad Maresam. Egressusque est Asa contra eum: & dispesuit prælum in valle Zephata iuxta Maresam. Clamansque Asa ad dominum Deum suum, & ait: domine non es apud te villa distanta vitrum in paucis auxiliis an in pluribus, iuxta Hebreum habetur. Ichouah non tecum

SEGUNDI PARALI.

recum ad auxiliandum cum multitudine non fortis. hoc est non es tu talis ut egeas multitudine ad adiuuandum eum cui non est fortitudo, sed potes sine multitudine adiuuare. adiuua nos domine deus noster, in te enim. Hebraicè habetur. in te enim innixi sumus. Et deinde sequitur. & in nomine tuo venimus contra turbam hanc. domine deus noster tu, non valebit tecum homo, sed materia non exigit tam exactam literae correctionem.

Exterris itaque. Hebraicè habetur. Et mortificauit dominus Aethiopes coram Asa & coram Iehuda. & intellige de mortificatione virium, corporum & animorum. Et fugerunt Aethiopes. Et persecutus est eos Asa & populus qui erat cum eo usque ad Gherar, & ruerunt Aethiopes usque ad internitionem, quia contriti sunt coram domino & coram castris eius: tuleruntque spolia multa valde. Et percusserunt omnes ciuitates per circuitum Gherar, quia terror dominis fuit super eas: & diripuerunt omnes ciuitates, quia preda multa erat in eis. Et etiam tentoria armentorum percusserunt: & ceperunt oves in multitudine & camelos, & reuersi sunt in Iudeam.

CAPVT XV.


 Aetius est autem spiritus Dei super Hazar' iahū filium Hoded. Qui iesus est ante Asam & dixit ei: audite me Asa & omnis Iehuda & Biniamin, dominus vobiscum cum estis cum eo: & si quesieritis eum inuenientur vobis, & si dereliqueritis eum derelinquet vos. Transibunt autem dies multi in Israeli absque deo vero & absque sacerdote, absque doctore quoque & absque lege. Iuxta Hebreum habetur. Et dies multi Israeli in non Elohe veritatis & in non sacerdote docente, & in non lege. Non dicit transibunt multi dies, sed dicit absolute dies multi: & propterea sermo iste non arctatur ad futurum tempus. & dicendo israeli, non arctatur ad regnum Iudee. Et immediatè sequitur non sicut habet vulgata editio. Cunque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum deum Israel & quesierint eum inuenient, sed. Et reuersi est in angustia sibi ad lehouah Elohe Israeles: & quesierunt eum, & fuit inuentus eis. Ita verba præteriti temporis insinuant quod propheta iste præterita refert: affero in testimonium mala præterita populi Israel, ut efficax sit exhortatio ad futura bona opera. Quod ergo dicit dies multi Israeli absq; vero Deo, verificatu erat in populo Israel tum in regno Israel iugiter, tum in regno Iudee ad tempus: videlicet tempore Roboham, ut cap. I. scri-

ptum

CAPVT XV.

398

ptum est. tūc enim verificata sunt omnia hæc: ut patet. 3. reg. 14. quo ad idolatriam & peccata sine iugo legis, sine sacerdotio communi omnibus, sine doctore veræ religionis. Reuersio autem ad summum Deum in angustia, verificata erat & tempore Roboham (ut patet superius ca. 12.) & tempore Abiæ filii eius: ut patet cap. 13. In tempore illo non erit pax. Hebraicè habetur. Et in temporibus illis non pax exerunt & ingrediunt: quia terrores multi super omnes habitatores terrarum. Non dicit in futuro tempore: quoniam absque verbo dicit in temporibus illis non pax. demonstrant enim tempora præterita, quibus coluerant non verum Deum, & absque lege vixerant: nam & hæc verificata fuerunt tempore Roboham, diridente Sefac rege Aegypti regnum Iudee: ut superius scripta testantur. Pugnabit enim gens in gentem & ciuitas contra ciuitatem: quia dominus conturbabit eos. Iuxta Hebreum habetur. Et fuerunt contusa gens in gente & ciuitas in ciuitate: quia Elohim conturbauit eos in omni angustia. Verba ista præteriti temporis, testantur quæ res gestas refert propheta: gestas in qua tempore Roboham iusto dei iudicio mediante exercitu Sefac regis Aegypti. Phrasit autem hebraicæ tribuendū est gēs in gente & ciuitas in ciuitate: hoc est gēs inter gentes & ciuitas inter ciuitates. Et est sensus quoddam quælibet gens & quælibet ciuitas oppressa est. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestre: erit enim merces. Parui refert quod Hebraicè habetur. Et vos inualescite, & non lentescent manus vestre: quia est merces operi vestro. Ab exemplo præteriorum hortatur eos ut inualescant ad ea quæ sunt summi Dei: quoniam non erit vana opera eorum sed mercedem in promptu vident, ut pote tunc experti.

Cunque audisset Asa verba hæc & prophetiam Hoded prophetæ cōfortatus est, & abslutus abominationes de tota terra Iehuda & Biniamin, & de ciuitatibus quas cepit de monte Ephraim: & dedicauit. Iuxta Hebreum habetur. & renouauit altare Domini quod ante porticum Domini. Qua autem restaurazione indigebat altare, nō est scriptum. Cōgregauitque totum Iehudam & Biniamin, & aduenas cum eis de Ephraim & Menasse & de Simon: quia transfugerunt ad eum de Israel in multitudine, cum vidarent quod Dominus deus eis esset cum eo.

Congregati sunt in Ierusalaim mensi tertio, anno quintodecimo regni Asæ. Festum pentecostes innuitur. Et immolauerunt Domino

SECUNDI PARAL.

domino in die illo de prada quam adduxerant: boues septingentes, & onium septem millia. Et intravit ex more ad corroborandum fædus. Iuxta Hebreum habetur. Et venerunt in pactum ad quærandum Iehouah Elohim patrum suorum in toto corde suo & in tota anima sua. Nouum pactum significatur communii voto factum. Vnde subiuncta verba. Si quis autem inquit non quæserit dominum Deum Israel, moriatur: à parvo usque ad magnum, à viro usque ad mulierem. legenda sunt sine verbo illo inquit. nam in hebreo non habetur: sed communii scribunt pacto decreta. Iuraveruntque domino voce magna & in iubilo; & in tubis & in buccinis. Et latatus est totus Iehuda super execratione. Hebraicè habetur. super iuramento. & est sententia clara: quia in toto corde suo iuraverunt, & in tota voluntate sua quæserunt eum & inueniuntur est ei: prestitumq; eis dominus requiem per circum uitum.

Et etiam Mahacham matrem Asarex ex augusto depositus imperio. Hebraicè habetur. remouit à principatu. Aliqua regali administratione narratur priuata in pœnam: quanvis non exprimatur illa. eo quod fecerat in luce simulachrum priapi. Hebraicè nulla sit priapi mentio: creditur tamen tale simulachrum fuisse, cui sacerdos erat mater regis. cœcidiq; Asa simulachrum eius, & commisit ac combusit in torrente Cidron. Excelsa autem non abstulerunt de Israel: veruntamen cor Asa fuit perfectum omnibus diebus eius. quo ad cultum vienii summi Dei. quanvis enim peccauerit in aliis (vt in sequenti narratur capitulo) non tamen peccauit colendo alios deos, aut relinquendo ipsum Dei cultum. Eaq; que voverat pater suis & ipse, intulit in dominum domini: argentum & aurum, vasorumque diversam supellefili. Hebraicè habetur. Et intulit (sanctificationes patrum sui & sanctificationes suas in dominum Elohim: argentum & aurum & vasa. nec aliud scribitur in hebreo, quanvis vulgata editio aliud sonet. Sanctificationes autem appellantur res dictatae Deo in templo. Et bellum non fuit usque ad trigesimum annum regni Asa. Hebraicè habetur. usque ad annum trigesimum & quintum regni eius. sed hanc literā corruptam esse apud hebreos, in principio sequentis capituli manifestabitur.

CAPUT XVI.

N anno trigesimo sexto regni Asa, ascendit Bahasarex Israel contra Iehudam. Aduerte prudens lector, & diligenter confer scripta. 3. reg. cap. 15. & 16. cum scriptis hic: & coperies falsum esse quod hic scribitur,

CAPUT XVI.

399

bitur, erroreq; scriptorum scriptum esse annum trigesimum sextum cum debuisset scribi annus vigesimus sextus. & similiter in calce præcedentis capituli debuit scribi annus vigesimus quintus: utrobiq; enim decem anni sunt adiuncti. Convincitur autem falsitas, ex eo quod Bahas rex Israel incipit regnare anno tertio Asæ regis Iudeæ, & regnauit annis vigintiquatuor: & post eum multi reges annis fere duodecim, ita quod Achab post illos regnauit in Israel anno trigesimo octavo eiusdem Asæ, ex hoc itaque quod inter mortem Bahas & initium regni Achab anno trigesimo octavo regni Asæ fluxerunt anni fere duodecim vel circa, manifestè patet falsum esse quod Bahas mouerit bellum contra Asam anno trigesimo sexto regni ipsius Asæ, & miro circundabat. Hebraicè habetur. & adificauit Ramam, ad non dandum egradientem & ingredientem Asa regi Iehude. Hæc historia tractata est. 3. reg. 15. & ideo pertransi.

Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus domini & domus regis: & misit ad Ben'hadad regem Syrie qui habitabat in Damasco dicendo. Fecidus inter me & te est & inter patrem meum & patrem tuum: ecce misi ad te argentum, & aurum, rapti irrita fidelis quod habes cum Babasa rege Israel & fac eum asa cendere à me: & audiuitque Ben'hadad regé Asam: & misit principes exercituum suorum ad ciuitates Israel, & percusserunt Hi'ion & Dan & Abel'main & omnes ciuitates muratas. Heb. habetur. & omnes thesaurorū ciuitates Naphthalì. quæ erat præcipuæ: ut pote fernantes pro aliis opportuna. Quod cum audisset Babasa, desist adificare Ramam: & intermisit opus suum. Porro Asa asumpsit totū Iehudam, & tulerunt lapides Ramæ & ligna quæ adificatio preparauerat. Hebraicè habetur. & ligna eius quæ adificauit Bahas, ita quod ex adificio facto lapides & ligna abstulerunt. & edificauit ex eis Ghebah & Mizpam.

In tempore autem illo venit Chanani propheta ad Asam regem Iehude, & dixit ei: quia innixus es super regem Syrie & nō innixus es super dominum Deum tuum, idcirco euasit exercitus regis Syriae de manu tua. Hinc colligitur quod Asa timebat regem Syriae confederatum regi Israel aduersus ipsum Asam: & timore exercitus regis Syriae, misit ad ipsum Syriae regem aurum ut frangeret fecidus quod habebat cum rege Israel nisi enim Asa timuisset exercitum Syriae, nequam dixisset propheta idcirco euasit exercitus regis Syriae de manu tua. Aperit enim

SECUNDI PARALL.

enim quod si innixus fuisset summo Deo, venissent utique Syri cum Iraelitis aduersus eum, sed non euassissent de manu ipsius. & hoc cōsequēter probat ab exemplo Aethiopum de quibus supra habitus est sermo. Nonne Aethiopes & Lubim fuerūt cū exercitu copioso, cū curribus & equitibus multis valde: & cum innixus fuisti super dominum, dedit eos in manum tuam? Oculi enim domini contemplantur totam terram, & praebeant fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum: stulte igitur egisti. Heb. habet. insaniisti super hoc. Diuina autoritate fultus prophetā, manifestat regi infaniam eius. et propter hoc etiā præsentis tempore aduersum te bella consurgunt. Heb. habet. quia ex nunc sunt tecum bella. Longo siquidem tempore pax fuerat: sed in pœnā diffidentiā eius factū est ut ex tūc bella aduersus eū cōsurererēt.

Iratuſq; est Asa contra videntem, & iubat eum mitti in nerum. Hebraicē habetur. & posuit eum in domo carceris. Ecce alterum peccatum regis Asa. valde quippe super hoc fuit dominus indignatus. Hebraicē habetur. quia in ira cum eo super hoc. Nec nominatur Deus: sed interpres eo quod iam scripta erat ira regis aduersus prophetā, exposuit de ira Dei. & rationabiliter: quia in ira diuina agebat cū Asa ppter diffidentiā eius: ratio siquidem quare afflixerit prophetā, redditur ex parte diuinæ iustitiae deserētis Asam. Magna ac pessima species iræ Dei est, qua deserit hominē qui peccauit ut peccata peccatis accumulet. & interficit de populo in tempore illo plurimos. Hebraicē habetur. & fregit Asa ex populo in tempore illo. Oppressio populi facta tunc ab Asa rege scribitur: qualis autem non patet.

Et ecce opera Asa priora & posteriora, scripta sunt in libro regnū Iehuda & Israel. Aegrotauitque Asa anno trigesimono regni sui dolore pedum, vehementissimo. Hebraicē habetur. usque in supra aegrotatio eius. Et ad literam videtur significari quod ægritudo pedum fuit usque ad summum doloris gradum. & etiam in infirmitate sua non quæsivit dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Hebraicē habetur. quia in medicis. Nō arguitur quod usus fuerit medicis, sed quod usus medicorum fuerit ei ratio ut non quæreret sanitatem à Deo: non vituperatur usus medicinæ, sed vt sic ut obliuiscamus diuinæ gratiæ. Oportet enim hoc facere & illud non omittere vrgēte ægritudine. Dormiuitque Asa cum patribus suis: & mortuus est quadragesimoprimo anno regni sui. Et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate David: & posuerunt eum super lectum suum.

CAPVT XVII.

400

suum. Superfluit suum. plenum aromatibus. Hebraicē habetur. quem impletuit aromatibus. ipse siquidem rex viens impleuerat sibi stratum feretri seu loculum aromatibus. & vnguentis meretriciū quæ erant pigmentariorū arte confecta. Hebraicē habetur. & aromatibus aromatizatis aromatario opere. Dicitio tamen ultima interpretata aromatibus, potest interpretari vas. & quadrat ut etiam vasa significetur aromatizata in quibus cadauer erat. & combustuerunt super eum ambitione nimia. Hebraicē habetur. combustionē magna usque valde. Prima combustio regii cadaueris post combustionem corporis Saulis legitur ista: sed qualiter fieret non scribitur. Saulis siquidem carnes nō ossa combusta legimus: de ista autem hebraica litera habet & combustuerunt ad eum. ita quod incertum remanet quid eius combustum fuerit.

CAPVT XVIII.

REgnauit autē Iehosaphat filius eius pro eo: & inuauit contra Irael. Et posuit praesidia in omnibus ciuitatibus Iehude muniri & posuit prefectos in terra Iehude, et in ciuitatibus Eph' raim quas ceperat Asa pater eius. Fuitq; dominus cum Iehosaphat: quia ambulauit in viis David patris sui primis, ad differentiam viarum posteriorū Dauidis, quibus declinauit à recto in facto Vrīx & numeratioē populi. et nō quæsivit Behalim. Quia deū patri sui quæsivit, & in precepit eius ambulauit: & non iuxta opera Iraelis. Confirmauitque dominus regnum in manu eius, & dedit eum Iehude munera. Iehosaphat: & fuerunt ei infinita diuinitas & gloria in multitudine. Superfluit infinita, & gloria ponitur loco honoris: sed hæc minutilla pertransiuncta hic videntur.

Elevauitq; cor suum in viis domini: & adhuc abstulit excelsa & lucos de Iehude. Terrio autē anno regni sui misit principes suos (Be' chail, & Hobad' iah, & Zechai' iah, & Nethan' el, & Michā' iah) ad docendum in ciuitatibus Iehude. Et cum eis Leuitas, Semah' iah, & Nethan' iah, & Zebad' iah, & Hasael, et Semiramoth, & Iehonathā, & Adoni' iah, & Tobi' iah, & Tob' adoniā Leuitas: & cū eis Elisamah, et Iehorā sacerdotes. Verè officiū religiosissimi principis exercuit. Docuerūtq; in Iehude, et cū eis erat liber legis domini: & circumierūt per omnes ciuitates Iehude, & docuerunt populum. Factusq; est paucus domini super omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iehude: & non bellauerunt contra Iehosaphat. Benignitas Dei secuta eruditioē populi monstrat.

Et